



**Robert Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia  
Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...**

**Turner, Robert**

**Coloniae Agrippinae, 1625**

16. Ante disp. Iuridicam Duaci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69519](#)

n, sed  
culum  
entrob  
neta;  
: expen  
is hone  
  
R VI  
E M  
  
ing  
portu  
ifragi  
tis pro  
ne uob  
im fin  
in in  
diton  
  
im ea  
m tot  
Maxi  
tribu  
ubeut  
rium  
n? po  
bus,  
at h  
is, in  
e cu  
n poli  
Patri  
yndie  
scop  
scopuli? trium sum vnuſ, ac ſingulorum totus: vni ſi  
me tradam totum tanquam ſuum ius, duos me toto  
priuo tanquam ſuo iure, at ſi nulli traditum, ipſe me  
mihi ſeruo totum, eo ſane erit luculentior iniuria,  
quo eſt grauius tribus, quam duobus irrogaffe iniu-  
riam. Deus bone, charybdis hinc, ſcylla inde; media  
fluctuat nauis: ſed inueni exitum. Cum illud, quic-  
quid aut Gregorius Pontifex Maximus conculerit in  
me ſuſtentando beneficentia, aut Patres religioſiſ-  
ſimi in me excoledo posuerint operæ, referatur ad  
Dei in Eccleſia propagandam gloriam, & ille, & ij pro  
ſua charitate cumulate ſibi putabunt ſatisfactum, ſi Dei  
per me gloria in Eccleſiae reficiendis ruinis quoquo  
modo eniteſcat, vt quibus ſum totus ſingulis, illi me  
totum ære liberatum Deo largiantur ſoli. Nihil pro-  
fecto videor poſſe referre, cum tribus vnum tanta me  
videatis deuinctum religione, vt quarto quod dem, ni-  
hil fit omnino reliqui: at cum nullum poſſit ex hac  
mea tenuitate ad vos manare officium, Collegium  
Germanicum meo nomine agit, agetq; quamdiu ſtat,  
pro hac veſtra tanta patientia gratias maximas & im-  
mortales.

ROBERTI TURNERI  
ORATIO XVI, SIVE PRÆLUDIVM,  
quod ante diſputationes Iuris ineundas Dua-  
ciā respondentē, vt ſolet, habebatur; ſcri-  
psi, rogatus ab amico.

**O**MNIBUS (clarissimi Doctores, ornatissimi iue-  
nes) anticipatum, informatumq; eſt, famæ exi-  
ſtimationisq; in primis habendam eſſe rationē,  
quam cogitationem dum quidam acrius persequūtur,  
fit vt in rumorum & concionum ventis colligendis a-  
cerrimam corporis contentionem, mentisq; commen-

Fame in-  
primis ra-  
tio haben-  
da eſt.

tationem vehementissimam figant; alij dum remissis  
coercent, fit, vt omni ingenij fama abiecta, sibi soli  
velint esse noti, ne dum ingenij famam, & existimatio-  
nis gloriam consequentur, ingenij & existimatio-  
nis naufragium simul faciant: ex uno naturæ fom-  
duo (vt videtis) luculentissimi errores profluxerunt  
illi dum ingenij famam aucupantur, in puluerem  
solem descendunt, & ingenij sui foetus aliquando  
monstrosos, vt vrsus; saepe deformes, vt simia; raro po-  
litos, vt doctus; nunquam maturos, vt prudens edent  
solent: hi ingenij sui alioqui acutissimi luce; & orato-  
ris suæ alioqui tersissimæ dulcedine; & doctrinæ suæ  
alioqui intimæ fructu semper & ybiique priuare no-  
volunt: median ergo viam terendam statuit Anaxi-  
menes, vt dicamus, sed pauca, sed opportuna, sed rare,  
ne si semper & ybiique silendo famæ nostræ con-  
lere velimus, animi minuti & angusti nimis si omni-  
coram omnibus effutiendo famam venari velimus,

nimi importuni & stulti nimis esse videamur: ad quam  
Anaximenis sententiam si omnes omnia sua studia, tan-  
quam ad normam reuocare vellent, neque tot in sole  
descenderent futiles oratores; nec tot in tenebris late-  
rent inutiles oratores; vt nec illi arroganter tumid-  
possint appellari, quod tanquam optima pessima no-  
bis sufficiunt, nec isti stulte timidi, quod tanquam pe-  
ssima optima nobis suppressum: quæ omnia non ita pri-  
dem dum serio animo & cogitatione retractauit, non  
(quod semper antea cogitaueram) omnē mihi ingenii  
famam abiiciendam esse sum arbitratus, sed potius ad  
Anaximenis præscriptum omnes meorum studiorum  
rationes esse instituendas, vt qui optima non possim,  
pauca possim dicere, raro id faciam ad fugiendam ar-  
rogantię labem, ne si priuatis inclusus parietibus domi-  
concilian semper desideam, ignavi, humili, & illiberalis ingenii  
di beneuo notam contrahere videar: quare erit humanitatis ve-  
leniam, stræ, quod facio non aucupandæ, sed conseruandæ exi-  
stima-

*Plura di-  
cēda sunt  
sed accom-  
modate.*

*Oratores  
futiles re-  
prehendendi.*

*Modus re-  
concilian  
di beneuo*

## ORAT. XVI. ANTE DISP. IURIS. 89

stimatis meæ causa, id eo animo accipere, quo debetis; & eo animo interpretari, quo soletis, id est, non ægro, ut morum barbarie turpissimè iufuscati; sed æquo, ut morum elegantia bellissimè exculti: quod si quis orationem paulò exquisitoribus pigmentis cultam hoc in loco desideret, næ ille à recta rationis via declinasse videtur, qui me minuta aliqua elegantiae laude aspersum esse vellet, vos maxima vestra humanitatis laude vellet esse orbatus: nam si omnia mea quasi in quadrum artificiosè essent redacta, voluptate irretiti, non humanitate vestra impulsu patienter me audiretis, vt hoc modo ille, quem vobis natura impressit & penitus inussit, humanitatis motus, hoc tempore, hoc in loco non possit eminere: si quis reconditionem iurisprudentiæ cognitionem à me requirit, næ is à recto sensu rem non iudicasse videbitur: cum in hanc palæstram descenderim, non vt ille Boius in cursum Olympicū vires ostendandi causa, sed vt ille *Non o-*  
*Ladas in Annibal's palæstram vires exercendi causa: stentand,*  
 in quo genere luctæ si vires fortassè meæ languet, sed exer-  
 bunt: talem metamen militem præstabo, qualem fuis-  
 cendi se legimus Sicyonium in castris Annibal's, qui vt gratia  
 nullas hostium vires, nullos neruos, nullos impetus *aliquid*  
 reformidabat, quod Annibali stipendia fecerat, sic ego facien-  
 nullos aduersariorum lacertos pertimesco, quod sub *dum.*  
 Putij, quo nullum habet nostra iurisprudentia non di-  
 co valentiorem Annibalem, sed ne sapientiorem qui-  
 dem *Vlyssem*, neque disertiorem Domesthenem,  
 signis iam fœlicissimè mereo. Quare vestra iam bene-  
 uolentia solita & huius exquisita doctrina, tanquam  
 Vulcanijs armis, tectus & munitus spero, vt qui in  
 hunc locum non irruo ad nominis aliquantulam  
 gloriam consequandam, hunc locum me relicturum  
 sine villa aut saltem non magna famæ meæ immuni-  
 tione, *Dixi.*

f s

ROBER.